



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Necessitas

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

...commississent. Laert. l. i. c. 6. Dion hoc a scribis Srob. ...

rerum omnium parit initia, necessitas vero cogit ad effectum, quae ex illius primordiis pendet, has ordo sequitur, id est, contextus & dispositio temporis rerum perficiendarum. Merc. Trismogist. Asilep. p. 14.

Necessitas breuibz clauditur terminis, opinio nullis. Ficin. epist. lib. 3.

Necessaria nobis passim parata sunt, ad superflua laboramus. idem ibid.

Necessarium quodammodo attinet ad bonum, quatenus tanquam utile conferens ad finem certum eligendum, & haec conditio necessarii aliena est a malo. Idem in Dion. Areop. de divinis nominibus.

Audivi viros ad necessitatem redactos praetium instaurasse, & superiorem quam acceperunt calamitatem emendasse. Herodot. lib. 8.

Vbi necessitas incumbit, non diu disputandum est, sed celerissime & fortiter dimicandum. Thucyd. lib. 4.

Hominibus quotidiani victus inopia laborantibus necessitas auctantiam facile praeberet. Dion. Halic. lib. 1.

Vetus illud recte admodum se habet, debere nos non ea petere, quae voluntibus nobis evenient, sed ea velle quae ex necessitate quadam eveniunt. Neque vitam nostro ipsorum arbitrio ducimus, neque in nostra potestate ea sita est, sed ut visum fuerit fortuna ita vivendum est, & quale fatum nostro vitae curriculo destinatum, talem quoque vitam nostram esse necessum est. Atq; haec ita sunt, siue nos non velimus, siue velimus. Dion. lib. 38.

Hominibus vel ea quidem quae suavisima sunt ne dum hostilia dixerim in sponte sua vitioque gesserint, sed inuiti forte coactique operum pretio locent, haud quam sunt voluptati futura, sed laboriosa potius videbuntur, dum cogit necessitas. Procop. de bello Goth. lib. 3.

Dum necessitas vrget & formido ingruit, quae rectiora sunt factu utcumque & leuiter degustamus. Ath. lib. 3.

Inuentrix consiliorum omnium est necessitas. Heliodor. libro 6. primo.

Artium alias a principio necessitas constituit, & haec usque conseruat. Omnia docuit necessitas: quam enim rem necessariam non inueniret necessitas? artem texendi, aedificandi, medicinam, agriculturam, & quaecumque circa agriculturam versantur producta. Ahas vero voluptas quadam, &c. Plurarchus apud Srobaurum sermon. 8.

Efficacior est omni arte imminens necessitas. Curt. lib. 4.

Necessitas ante rationem est, maxime in bello. lib. 7.

Efficacior est in aduersis necessitas quam ratio. lib. 8.

Vltimum ac maximum telum necessitas. Livius. Decad. 1. libro 4.

Parandum est necessitati, quam ne diu quidem superant. Decad. 1. lib. 9.

Necessitudo etiam timidus fortes facit. Salust. de coniuratione. Catil.

Gravissimi sunt moribus irritatae necessitatis. Salust. in Iracmen.

Humane imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Val. Max. l. i. c. 7.

Necessitatis magnitudo excusationis in se plurimum habet. Proc. de bello Goth. lib. 3.

Necessitate nihil est violentius. Nicetas in Bald. Flandro.

Ordo discordiae nutriuntur: at ubi necessitas incumbit, postpositis priuatis causis & odiis in commune consilium. P. Orosius, hist. lib. 2. cap. 16.

Magnum vim habet necessitas, ea ingentes stimulos addit. P. Arnob. 7.

Necessitati parere semper est sapientis habitum. Arn. Ferron. lib. 6.

Est necessitas legibus excepta, quae leges donec cunctis in famis periculum ad eumque rerum suarum statum redigantur, vt necesse nec familias suas tueri possint, expectari nolunt. Fr. Guicard. hist. lib. 10.

Concedendum est aliquid necessitati atque periculo quod haud dubio omnium salutem trahit. P. Iouius. hist. lib. 11.

Necessitas.

DEFINITIO. ET ETYMOL.

...sive necesse. Graece ἀνάγκη, & ἀναγκαστικός, id est, necessarius dicitur. Est autem necessarius, quod non potest non habere, sic, Arist. l. 4. Metaph. V. sic.

POETICAE SENTENTIAE.

Ter. Adelph. 4. 7. Plauti tibi factum Misio? M. Non si que am... Perand. per Aufo. Silius 7. Antholog. Sac. Iac. Bill. Ridiculum est, id quod ante necessitatem fecimus in necessitate obliuisci.

APHORISMATA.

PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Necessitas alia ita significat, vt si res cuius gratia futura sit, hoc necesse est, alia ita, vt sic habent, aptaque natura ita sint. Necessitas duplex, alia secundum naturam, quae est ex vi naturae, alia secundum causam mouentem.

Pitracus, Tantam necessitatis vim esse dicebat, vt nec diu ipsi reluctari possint. Laert. l. i. c. 5. Thales interrogatus, quid esset in tota rerum natura robustissimum? Respondit, necessitas: superat enim omnia. Laert. libro 1. cap. 1.

